

P V I S

1 6 1 8



- I. Philastrii Catalogus Hæresium.
- II. D. Honorii de Hæresibus.
- III. D. Bugensæii distributio Methodica Historiæ passionis Christi.
- IV. D. Garzæi Tractatus Concionum Penitentiarum.
- V. D. Garzæi Delineatio Concionum Penitentiarum.
- VI. Basilii Magni Oratio ad Adolescentes.
- VII. Intimatio Jubilæi Evangelici.
- VIII. Theologorum Saxoniarum Epistola Invitatoria ad universos Theologos.
- IX. D. Bergii Prælectionis Francofurtensis Disputationes Theologicæ.
- X. M. Sachsii Disquisitio adversus Meijnerum.
- XI. Montani Virga in Bermanum et Ungermannum.
- XII. D. Pelargi Responsum ad Epistolam Schlusenburgii et Cramerii.
- XIII. D. Pelargi Responsoria ad Apostolica duo brevvia Schlusenburgii et Cramerii.
- XIV. Godefridi Disputatio de Abstracto et Concreto.
- XV. Pelargi Disputatio de Assumptione Christi.
- XVI. M. Wolgangi Theses de Justitia et Justificatione.
- XVII. D. Füsseli Disputatio de Deo.
- XVIII. M. Theopoldi Disputatio ex Dialocho Theodoret. Secundo.
- XIX. de Deo.
- XX. de Peccato.
- XXI. de Libertate in Conversione Homini Concurrente.
- XXII. de Justificatione.
- XXIII. de Bonis Operibus.
- XXIV. de Ecclesia.

Maa 15.

V

5

CONCIONUM
PESTILENTIALIUM
IN ÆDE CIVITATIS SORA-
VIENSIS PAROCHIALI SACRA DEI
præpotentis gratia

à
JOACHIMO GARCÆO D.
*Theologo ac Superattendente
habitarum.*

DELINEATIO BREVISSIMA, IN
gratiam floris patritij, & reliquorum
hic loci Theophylorum.

Psal. 119. 59.

In quo corrigit adolescentior Viam
suam? In CUSTODIENDO ser-
mones tuos.

DIONYSIUS IN LIB. DE
myster. Theologic.

Ὁ θεὸς ὁ Βαρθολομαῖος φησὶ ἐπολλῶ τὴ θεολο-
γίαν εἶναι, ἢ ἐλαχίστω: καὶ τὸ εὐαγγέλιον
πλατὺ καὶ μέγα· ἢ αὐθις συλητημένον. D.
*Bartholomæus Theologiam dixit esse mul-
tam, & minimam: & Evangelium latum
& magnum: utrumq; concisum.*



ATHANASIUS DE INTERPRE-
TATIONE PSALMORUM
AD MARCELLINUM
fol. 391. A.

IN PSALMIS ILLUD MIRI EST, QUOD,
qui eos legit, exceptis de CHRISTO, gentibusq; vati-
cinijs, sua se verba in re sua legere opinatur, & qui-
libet ita psallit, quasi de se ea ipsa, quæ psallit conscripta essent
non tanquam alius ea diceret, aut de alio dicerentur, ita acci-
pit & perlegit: sed tanquam de se ipso sermo fieret, ita mentem
suam ad DEUM dirigit: neq; ista aut Patriarcharum, aut Mo-
sis, aliorumq; Prophetarum usurpare reformidat.

Et: DOMINUS & ante suum adventum id in Psalterijs
insonuit, ut quemadmodum in se ipso perfectam, cœlestemq;
hominis formam ostendit, ita etiam ex Psalmis motus, affe-
ctusq; animorum quisquis vellet, ediscere posset, inventurus
illic unius cujusq; motus remedium & castigationem.

IDEM fol. 395, B. Si te, ceterosq; confirma-
re studeas ad pietatem, & quod SPES IN DEUM
non pœnitenda sit: sed INTREPIDUM animum
reddat, laudabis DEUM recitatione NO N A G E-
SIMI PSALMI: QUI HABITAT in adjutorio
ALTISSIMI. Et quæ sequuntur.



ORNATISSIMO ET

HONORATO JUVENI, MATTHÆO

TREUTMANO, ORPHANO, PATRICIO

SORANO, pietati literaturæ politiori & honestati addicto, multum divinitus benedicto, amico meo,

GRATIAM apud DEUM & HOMINES.

E*t nostra, hei! hei! plebs cœlestis ira mucrone nostris, amicissime Treutmane, ita peccatis urgentibus, percutitur, & non tam intra quam extra mœnia repentinâ multi cade vastantur. Nec languor mortem prævenit: sed languoris moras mors præcurrit. Habitatores multi corruunt, domus vacuæ relinquuntur: Filiorum funera parentes aspiciunt, FRATRES ô spectaculum, Soranis invisum, mœnibus ipsis ac undis luctuosum efferunt, & sui eos ad interitum hæredes præcedunt.*

Quid consilij? Quid cœpti? Vnusquisq; nostrum ad pœnitentia lamenta confugiat; dum flere ante percussione vacat. (Greg. lib. II. indiçtione 6. c. 2.) Quod quibus potui rationibus, omnibusq; nisus sum assequi, meis etiam persuadere oviculis, quarum salus mihi vita carior, viribus, ut lingua mea bonis esset fomentum, pravus aculeus, tumidos retundens, iratos mitigans, pigros exacuens, desides hortatu succendens, refugientibus suadens, asperis blandiens, desperatos consolans: ut, quia ductores dicimur viam salutis gradientibus ostenderemus, in custodia vigilantes aditus contra hostis insidias solliciti munientes: ut

de Pastorum nomine, quod habemus, non supplicium, sed premium reportaremus. (Gregor. lib. 7. cap. 3.)

Hoc dum facio, Odamq; libri Psalmorum nonagesimam primam in cœtu frequenti enarro, non attentum duntaxat, amice, præbes auditorem: Sed divinum insuper concipis fervorem vel dispositiones saltem nudas videndi, reponendi, quoad conciones liceat ipsas elaboratas intueri.

Macte pietate, ingenio & humanitate, juvenis, ornatissimorum, absit invidia dictis, modestissime, modestissimorum ornatissime: Quam sanustus arguitur in CHRISTO animus, cui tantus sermonum spiritualium appetitus.

(Chrys. in 2. Iust.) Accipe igitur studiosè petitas dispositiones, mox prodituras, si cætera responderint hausture, librorum, non poculorum, belluo, conciones, amplas tuas his ad aucture possessiones, ubi verbo fidei pias tribueris aures, Ministerio CHRISTI exundantes non obstruxeris fontes. Hanc enim præscribit religio Christiana regulam:

DEUM Ministris suis plus uno die dare posse ac velle, quam ipsi viginti annis (ad gloriam ipsius) possint expendere. (Horolog. Principp. 49.)

VALE cum fratre germano pro voto arrhamq; hanc fidei cape exilem & vilem me autore: nobilem, pretiosam insigni valore, donec parentaliū quiescentium parentum vestrorum dilata, non sublata, exhibuero: & in nostra mortali negligere, noli vitæ pariter ac familiæ jucundissimam dignissimam, istâ quæ se sustentet; hanc dirigat ac donet is, qui bona omnia. E Museo Parochiali Dominica 22. TRINITATIS annis;

DeVs è Corno erIgIt paVpereM.

Tuæ pietatis & præstantiæ amicus

JOACHIMUS GARCÆUS D.

DELINIATIO CONCIO-
NUM PESTILENTIALIUM SEPTEM
in æde Parochiali sacra à 15. Trinit.
in 23. habitarum.

I.

PRIMA CONCIO DOCET PESTIS
descriptionem, quid illa sit, & qui-
bus in Scriptura nominibus hinc
inde appelletur.

Exordium à minoribus Aves cœli obser-
vant tempora sua: Quanto magis nos hæc
tam periculosa nostra?

Narratio attingit, perstringitq; statum
præsentem: transiens ad propositionem; quæ
est Psalmi 91. interpretatio: cujus summa ac
partes notantur tres: *πληροφορία* fidei, Magna-
lia DEI, promissa Altissimi. Quibus præ-
mittenda Mali definitio. Votum.

Confirmatio deducit nomina Pestis, de-
scripta à multis, à nomine, quoad verum ge-
nus, accuratè satis, ex universo totius istius
Psalmi contextu; addito isto, quod 2. Sã. 24.
notatur: Manum ac gladium DOMINI vocat.

Ex omnibus his commonefactio & con-

A 3

solatio

solatia cum conclusione Psalmi 31. 91. etiam
recitati & recitandi.

II.

Secunda Concio inquit causas conta-
gij efficientes, principales ac ministras, pro-
pinquas & remotas.

Exordium ab enumeratione quatuor
plagarum. Ezech. 14. Transitus ad statum in-
fectionis: in quo quid agendum Psalmus 91.
docet: cujus summa, partes & occasio.

2. Sam. 24.

Præcisus reliquis eligitur thema de causis
mali tristissimi.

Confirmatio incipit à more communi
causas mali investigante, exemplo Philisti-
norum Judic. 15.

Causæ Physicæ ac Theologicæ enume-
rantur καὶ ἀέριον καὶ θεόν ponunturq; 4. Impius
transgressor, impurus factor, DEUS ultor,
Angelus percussor.

Conclusio hortatur ad preces, cum repe-
titione usitata.

III.

Tertia Concio monet, quid sub gladio
grassan-

grassante ac mactante homini Christiano
agendum ac suscipiendum.

Exordium ostendit signum ruinantis
provinciae, contemptum consilij sani, exem-
plis Pharaonis, Davidisq; recitatur monitum
Joabi, instituentis recensioem populi cum
strage & clade horrenda totius regni: ut pre-
cibus sit opus pro Magistratu ac populo uni-
verso, non immerito ardentioribus

Talis cladis initium cum viderimus, ad
Psalmum hunc eruditivum convertere nos,
ac deducere vos debuimus; gratiam cogno-
scendi, quidnam nobis officij incumbat, ac
solatij.

Confirmatio varia variorum ostendit
locorum & hominum e Suida, Leonico, Li-
vio, Camerario & consimilibus, studia ac
opera pleraq; vana: Davidi jubet auscultari,
aggressi sana ac tuta, quae & futura nostra.

Luxit enim miserabiliter & consolabili-
ter: sedit fiducialiter ac viriliter: vidit ac vi-
xit reverenter ac sapienter: clamavit arden-
ter ac temperanter.

Conclusio agit gratias pro consilijs, ac
dimittit suspirijs.

IV. Quar-

IV.

Quartæ concionis sunt, D E I magnalia, quæ pia experiatur turba, ubi intima emisit suspiria.

Exordium tria & quatuor notat hominum, tempore contagioso degentium, genera : ista è Bernardino; hæc è nostro seculo : securorum, fugitivorum, frigidorum, devotorum : quorum studia notata. Neq; hæc frustranea.

Confirmatio D E U S noster, D E U S salutis: probans hoc : 1. Protegendo mirabiliter; Manu forti, veritate verbi, cohorte cæli, cohabitatione fidei.

2. Eripiendo potenter. 3. Accingendo fortiter. 4. Promittendo abundanter. Modò apprehendamus fide : ut firma sit promissio. Epilogus solatur, obtestatur.

V.

Quintæ concioni promissiones cesserunt divinæ, ipsiusmet loquentis J E H O V A E.

Exordium deducit vox dura impiorum, Mal: 3. quasi D E O frustra serviatur. Non sit animus affectus piorum, cumulum spectans præmiorum, pietati destinatorum : de quibus

bus in Spiritu ebrius Psalter hîc regius: unde tam mira personarum ἐτύρωσης, loquente modo Spiritu Sancto ad piam, pio mox ad DEUM, DEO protinus ad suum dilectum. Primum audivimus; medium didicimus: postremo attendemus, Attendamus. Præmia leniunt tædia, Genes. 29. &c: quæ sunt certè infinita. At quæ ista promissa cœlitus præmia? Eximia. 1. Gloriosa liberatio & erptio Protectoris. 2. Optata exauditio Parastatis. 3. Rara longitudo ætatis & æternitatis. 4. Gaudiosa ostensio salutis.

En quanta, Prævalescant corda nostra, orantia Psal. 119. Omnis rei vidi finem: sed hora tua durat.

VI.

Sexta Concio vocem loquentis JEHOVAE repetijt: exordio sumto à beneficentia ac munificentia Regum mundanorum, suorum Ministrorum personas evehentium (ut in Josepho ac Mardocheo) eaq; ad Regem Regum traducta, suos multo gloriosius ornaturum. Quæ quanta, & qualia constiterit.

Necessario tamen subjecti hujus determinatio: ad quos talia spectent. Quod

B

non

non minus evidenter, quam consolanter
Majestas loquens definit. Audiamus, ut
gaudeamus.

Confirmatio à distinctione orditur ac sepa-
ratione divina piorum & impiorum. Mich. 2.
Mal. 3. Isa. 65. 1. Tim. 4. & c: Nolle enim DEUM
suos, discernentem inter glebas, sicuti discre-
vit inter stellas Bernh. Inst. 6. Qui ergò illi tam
beandi beati? 1. CircumPLICantes vehemen-
ter. 2. Cognoscentes veraciter. 3. Clamantes
ardenter. 4. Periclitantes dolenter: non ut
scelerati: sed innocui & sancti. Qui tales: lau-
dent, plaudant, orent: Qui non gemant; præ-
hendant: utriq; suspirent: Confirma hoc
DEUS.

¶ II.

Colophonis loco diluitur objectio con-
trà præmissa ac promissa omnia, movens in-
stantiam, tot piorum pereuntium: institui-
turq; ἐπίτομη & repetitio quã brevissima omni-
um doctrinarum, singulis in concionibus
explicatarum.

Exordium contrarietatem promissio-
num divinarum & cursuum sanctorum φαινο-

μένως



μένως apparentem refert, & ad obitus piorum transfert: sternendo viam dissertationi, cur ut sancti occumbent? Et num hæc funera Psalmi verbis, DEI promissis contraria?

Confirmatio ad sanctuarium ducit, dicitq; ac docet, sanè ut pios, peste correptos, abstrahi: referens, causas esse; 1. Luis peccati. 2. Trucis Diaboli. 3. Securitatis Christiani. 4. Ignis divini: urentis, probantis, excoquentis, eximentis: distinguitq; inter pestem exitialem, & salutarem; liberationem temporalem, ac finalem &c.

Repetitio brevitate artificiosa rem totam contrahit, gratiarum actione pia, & precatatione cœlifraga voce sonora & canora concludens, Pastorem & oviculas totamq; adeò Ecclesiam DE O LITANIA SANCTA & quotidiana committens.





OOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOO
*Non nobis DOMINE, non nobis,
sed NOMINI TUO DA
GLORIAM.*

B 2

1715-11. Landesbibliothek
Magdeburg
1710/1915





AMBROSII

Lib. 1. Offic. c. 13.

Est bonorum adolescentium, timorem
DEI habere, deferre parentibus hono-
rem, habere senioribus reverentiam, castitatem
tueri, non aspernari humilitatem, diligere cle-
mentiam ac verecundiam, quæ ornamento sunt
minori ætati. Ut enim in senibus gravitas, in
Jovenibus alacritas: ita in adolescentibus vere-
cundia, velut quadam dote commendatur natu-
ræ. Erat Isaac DEUM timens, utpotè Abrahæ in-
dolis, honorem deferens Patri usq; eò, ut adver-
sus paternam voluntatem nec mortem recusa-
ret. Joseph quoq; cum somniasset, quod Sol, &
Luna & Stellæ adorarent eum, sedulum tamen
obsequium deferere Patri, castus ita, ut ne ser-
monem quidem audire vellet, nisi pudicum, hu-
milis usq; ad servitutem, verecundus usq; ad fu-
gam, patiens usq; ad carcerem, remissor injuriæ
usq; ad remunerationem. Cuius tanta verecun-
dia fuit, ut comprehensus à muliere, vestem in
manibus ejus fugiens mallet relinquere, quàm
verecundiam deponere. Moyses quoq; & Hiere-
mias electi à DOMINO, ut oracula DEI prædi-
carent populo, quod poterant per gratiam, ex-
cusabant per verecundiam.



GREGORIUS LIB. 8.

Ind. 3. c. 42.


Itaq; CREATOR nostro in cunctis ad-
versitatibus gratias referamus, atq;
de eius misericordia confidentes patienter o-
mnia toleremus: quia satis minus patimur,
quam meremur. Et: Quoniam in his divino
adjutorio opus est, in cunctis, dilecte frater,
precibus Omnipotentis clementiam exore-
mus, ut nos dignè ista tribuat exhibere, &
populorum ad hæc operanda misericorditer
corda compungat: quatenus in timore ipsius
actus nostros salubriter ordinantes, & ab
ingruentibus, malis erui, & ad superna ve-
nire gaudia ejus duce gratiam, sine qua
NIL possumus, mereamur.





ΘΡΗΝΩΔΕΣ.

Αοιμὸς ὁμῶς σὺν λιμῶ ἔχει Σοράβων πολίεθρον
Δάκρυα τίσσειν τοῖσδε βέλεσιν ἐμά.
Δεινὴ δὲ κλαγγὴ πελεῖ ἔλομένοιο βιοῖο,
Ἄλγεα λυγρὰ, ἴσ! ἡμετέροισι φίλοις.
Ὡφρ' ἡμῖν ἐκάεργον ἰλάσσει ἠπιε Σῶτερ,
Παροφαῆς μεγάλα φέρειρον ἄσθμα νόσ,
Λισόμεθ', ὅσγ' ἐθέλεις σόον ἐμμελαι, ἢ ἀπολέσθαι,
Λαὸν, ἔω ἔνεκεν δέξας ἄποινα Πάτερ.

ἸΑΚΕΪΜ Τῆ ΓΑΡ ΚΑΪ' ΟΤ
Τῶν Θεοδύλων ἐλαχίστ.





BUDISSINÆ
In Officina typographica
NICOLAI ZIPSERI.



ANNO

M DC XII.

BUDISSINE
In Officina typographica
NICOLAI ZESTERII

MDCXII


Jh 4245




X 22MA38

VD 17 AC







5

ONUM
TIALIUM
ATIS SORA-
LI SACRA DEI
gratia

ARCÆO D.
attendente

EVISSIMA, IN
& reliquorum
ylorum.

§ 9.
lescentior Viam
DIENDO ser-

N LIB. DE
ologic.
τις πολλῶν τῶν θεολο-
γικῶν: καὶ τὸ εὐαγγέλιον
αὐτῶν συνηετημένον. D.
iam dixit esse mul-
Evangelium letum
concisum.